

7874/5 in trachyte rep. in saltu horis duabus et dimidia a Busachi in regione q. d. *las Antas*.

GAGA · TAR
GVRONIS · F
DEFVNCTVS
ANNORV
5 M · LXXXV

Recognovi ad ectypm quod dedit Nissardius.

I GAGA potius quam GASGA.

7876 Busachi in aedibus Francisci Caboni Mele in un pilastro del loggiato.

D rota M
TORBENIVS
KARITI VIXIT
ANIS LXX FILI
5 PATRI BENII
MERENTI

Recognovi ad ectypum quod dedit Nissardius.

7877 Uiae nella cussorgia detta Tilosai.

MONIORITINI
VIX · ANN · CVI

Spano *scop. del 1875* p. 49.

7878 Planu de Lacos rep., nunc Samughei apud theologum Em. Mura.

D · M
SILVANO
CARINI · F
VIXIT · ANN
5 XXXX · M · IV
BENE · MEREN
TI · CONIV
GI · TVBM
AR · FECIT

Spano *Bull. Sardo* 1860 p. 119.

IX. Ad Thyrum superiorem et Caedrim.

Continentur hoc capite inscriptiones dispersae per regionem alpestrem eam, cuius caput hodie Nuoro est, et per vicinas; scilicet privilegia de civitate tria reperta primum n. 7883 ad Sorgono non longe ab Austis, secundum n. 7890 Dorgali datum homini Caresio (vide quae ibi adnotantur), tertium n. 7891 repertum Anelae ad caput Thyrsi; et tituli privati fere argumenti eruderati ad Macomer (n. 7879—7882), Austis (n. 7884—7888), Fonni (n. 7889), Oschiri (n. 7892), nomina habentes omnes fere proprie Sarda. Huic regioni cum adhuc nomen sit *Barbagia* sive *Barbagia*, probabiliter Baillius (in actis Taurin. vol. 35 p. 212; cf. Matthaei Sard. sacr. p. 4. 47. 122) ad eam rettulit tam *civitates Barbariae in Sardinia* nominatas in titulo Praenestino supra p. 777 allato aetatis Tiberiana quam *Barbaricinos*, de quibus sic ait Iustinianus (cod. 1, 27, 2, 3): *in Sardinia iubemus ducem ordinari et eum iuxta montes, ubi Barbaricini videntur, sedere habentem milites pro custodia locorum.* Βαρβαρίνοι Sardiniae etiam apud Procopium (bell. Vand. 2, 13) commemorant habitantes in montibus prope Carales; errorem

eiusdem originem populi derivantis a Mauris per reges Vandalorum in Sardiniam ablegatis refutat titulus modo allatus Praenestinus. Gregorius magnus denique in epistula 4, 23 (cf. 4, 24 et 11, 23) data *Hospitonis duci Barbaricinorum* scribit eius gentis ea aetate neminem Christianum esse, sed pro vero deo eam ligna et lapides colere. Per hanc regionem transierunt viae duae Caralibus Olbiam tam maritima per circuitum litoris quam directa mediterranea (supra p. 778 c. I. II). Incidunt in eam ex illius viae mansionibus duae Sorabile (cf. Σαραλαπίς Ptolemai 3, 3, 7), quod fuit prope Fonni, retinetque regio proxima adhuc nomen Sorovile (della Marmora voy. 2, 445) et caput Thyrsi, qui fluvius adhuc est Tirso; ex mansionibus viae litoralis item duae, Vinolis, quae incidunt in Dorgali vicum, et fanum Carisi, quod fuerit necesse est ad ostia fluminis Caedris (Καίδριος ποταμοῦ ἐκβολαῖ Ptolemaeus 3, 3, 4; hodie *Cedrino*). Contra Macomer qui habent pro Macopsis Ptolemaici 3, 3, 7, causam idoneam nullam attulerunt.

7879 litteris rudibus. Rep. a Macomer primo chiliom. iuxta Nuraghem q. d. Paza.

✓ · AVRIMI

Spano *cattedrale di Ottana* (1870) p. 30 ex litteris ludimagistri Pantaleonis Scarpa. 'Simili monumenti', Spanus ait, 'si trovano anche nel territorio di San Lussurgiu nel sito detto Porcaryius', quorum apographa missa sibi a Salvatore Arca edere noluit.

7880 pietra trachitica con cono tronco. Macomer in loco q. d. *Cunzadu de sa pedra*.

archipenzo o
segno di Astarte?
BONI
MON


Spano *Badia di Bonarcadu* (1870) p. 25.

7881 tabula alta metr. 1.20, lata 40 cent., rep. in planicie Campeda versus Macomer. Est Bortigali ante aedes Franc. Pintor pro scanno.

MOLAR

Spano *lapida terminale* (1869) p. 27.
Pro miliario habet editor male omnino.

7882 litteris recentioribus. Rep. prope Macomer in silva Saucu *près du Nur-hag Muraine MARM.* Macomeri apud comitem Pinna vidi EGO a. 1877; a. 1884 frustra ibi quaesivit SCHMIDT.



Recognovi. Della Marmora voy. tab. 34 n. 14 (cf. vol. II p. 509).